

11.

STATUTUM XV

De jucundo ingressu.

Siquidem sacris literis Proverb. Cap. 15. vers. 17. Cap. 17. vers. 22.
et Cap. 25. vers. 20. Sacris cann. can. Convivia et seqq. dist. 44.
ac ll. C. de Public. lictit. animi exhilaratio, cibi et potus sumptio,
 maxime si sit moderata et causam honestam habeat, non
 improbetur; ideo Statuto presenti Clarissimus Professor,
 propter successum et exitum secundum Responsionis suae
 pro Collegio, ab appositione portionis in vim jucundi ingressu
 non arcetur, quinimo penes consuetudinem immemorabilem
 ac in legem tractam suamq; hac in parte alacritatem et
 generositatem conservatur. Inquit enim Gregor. Nazian.
de Beatis. fol. 31. Beatus, cui ob res ad faciendum pro-
positas lictari, placere et exultare licet.

STATUTUM XVI.

De admissione Professoris ad Collegium et solutione Ingressus.
 Quoniam ad Cathedram admisso Professore, ea, quae Cathedram
 sequuntur negari non debent. Ad conceptionem enim unius
 expresse, videntur tacite concessa illa, sine quibus concessio
 expressa esset inutilis. Alexan. de Imol. in Summario l. 2. ff. de
Jurisdic. omn. Judicium. Ideo statuimus ut Professor per Convo-
 cationem domus ad hoc institutam, petitione prius competenti
 facta, ad vocem activam et passivam, Habitationem, participa-
 tionem de Mensa, dismembrationes et alias quascunq; obventi-
 ones ac proventus Collegas Juridicos concernentes, repositis
 prius sub pena in Statuto ita expressa ad manus Propositi pro
 tempore existentis ratione Ingressus florennis Polonicalibus
 Trecent